Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Explicatio minoris Canisii - Cod. Schuttern 4

Gerardus, Petrus

[Würzburg], 1600

Schreibervermerk: "Haec sund dictata á Reverendo P. Gerhardo quae ominia fera ipse audivi [...]"

urn:nbn:de:bsz:31-72273

Visual Library

idque à Marcello pontifice: qui bigamum subdiaconum in ordine suo ministrare permisit. Sed bene notat Dnicq Soto hunc subdiaconatum ordinem non fuisse. Deinde plures excluduntur humano iure seu pontificio, scilicet irregulares, qui possunt esse in quadruplici ordine, duplicis ex ordinis maxime excluduntur. 1o qui sunt irregulares ex defectu libertatis, ut est v.g. servus. 2do ex defectu rationis ut stultus, 3o ex defectu sanitatis, ut epilepticus. 4 defectu corporis, ut est deformis, luscus, claudus, si pollice careat, si manus non habet, si aure, vel simili membro conspicuo careat. 5o defectu natalium, quicunque non legitimo thoro natus est, irregularis est. lib. decretal. tit. 28 cap. Consuluit. Et Deuter. 23. de scorto natus non ingrediatur templum domini usque in decimam generationem; apud nos vero in secunda generatione tollitur irregularitas. De filijs sacerdotum, aliquot sunt extravagantes, & longe difficilius cum illis, quam cum alijs dispensatur. 6o nati ex haereticis, quorum parentes pertinaciter defendunt haeresim. Similiter etiam fiunt irregulares ex crimine, & illi prohibentur à sacerdotio. 7o Homicidae voluntarij de quo dist. 5 cap. Studeat. docet non esse dispensandum. Eodem m

[Marginal notes:]
\#
3 Humano iure pontificio iure excluduntur
Irregulares
Irregularium quot?
\# 1
2
3
4
5
longe difficilius cum filijs sacerdotum dispensatur
6
Homicidae voluntarij

modo fit irregularis. qui pugnando alterum mutilat, huc
Item oes homicidae [illegible] referunt omnes homicidae, licet aliqui in homicidio, ne ve-
nialiter quidem peccent, tamen fiunt irregulares. sic sentit
D. Tho. in 2a 2ae q. 24. tit. 7. licet Sylvester & Lopes cap.
60. putent quosdam non fieri irregulares, maxime eos, qui me-
rito occidunt, quales sunt, qui latronem occidunt, omnem mo-
dum diffugiendi quaerentes, maxima cum dolentia leviter
cum laedunt, & debilitant, cumque poenitentiae monent, verum
non desistit latro, occidat tandem magis casu, quam pro-
Qui huc referuntur? posito. Eodem referuntur iudices sanguinis, assessores in iu-
dicio sanguinis, & quicunque auxilium praestant in homici-
2 dio. 2do omnes apostatae á fide. 3o qui scienter bis sunt
3 baptizati. 4o Professi in religione aliqua approbata,
4 quam deserunt. 5to Si quis utatur ordine, quem non ha-
5 bet; hi omnes sine dispensatione non ordinentur. FINIS

Haec sunt dictata á Rdo P. Gerhardo
quae omnia fere ipse audivi; quamvis quaedam
ab alijs me descripsisse etiam fatear, quae
mihi tum videbantur satis multa: si
tamen forte aliquando (multa enim
in hoc libro scripta non sunt,

332r

nec ego plura iam possum portare) aut propter
breviorem tractationem, aut sententiarum
correctionem. hæc aut non probes, aut
certe copiosius tractata desideres in
alio libro cum diuina Gratia aliu
scribendi modum & ordinem
me secutum inuenies.

Hæc iam proba